FRANCKESCHE
STIFTUNGEN

Alte Drucke

De RATIO=||NE CONCIO-||NANDI.|| LVCAS OSIA-||DER. D.||

Osiander, Lucas

Wittenberg, 1597

VD16 ZV 27223

DISPOSITIO CONCIONIS, IN DIE circumcisionis Domini habitae, in qua plures Loci Communes, & quidem in diueriis causarum generibus, tractantur.

Nutzungsbedingungen
Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.
Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.
Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use
All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.
Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.
For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148504

Visual Library

DISPOSITIO CONCIONIS, IN DIE circumciſionis Domini habitæ, in qua plures Loci Communes, & quidem in diuerſis cauſarum generibus, tractantur.

TEXTVS Lucæ 2.

POſtquam conſummati ſunt dies octo, vt circumcideretur puer: Vocatum eſt nomen eius IESVS: quod vocatum eſt ab Angelo, priuſquam in vtero conciperetur.

EXORDIVM.

1. *Vt Chriſtus NOBIS natus eſt, Iſaiæ 9. ita etiam NOBIS eſt circumciſus.*
2. *Quare non minus diligenter de Circumciſione, quàm de natiuitate eius, audiamus.*

PROPOSITIO.

I. *Docet Euangeliſta, quòd Chriſtus octauo die ſit circumciſus.*
II. *Et quale ipſi nomen tunc fuerit impoſitum.*

Locus

Locus communis I. in genere didaſcalico, quæſtione ſimplici.

Quid.

Circumciſio fuit Sacramentum veteris Teſtamenti, quo fiebat fœdus inter Deum & hominem, Geneſ.17.

Cauſa efficiens.

Deus ipſe inſtituit hoc Sacramentum: itaque non deridendum.

Cauſæ finales.

I. *Vt teſtaretur de gratia Dei.*

II. *Vt admoneret de corruptione naturæ & mortificatione carnis.*

TRANSITIO in alium cognatum Locum communem.

Quid opus fuit, vt Chriſtus, qui ſine peccato erat, circumcideretur?

Locus Communis II. in genere Didaſcalico, ſimplici quæſtione. Cauſa Circumciſionis Chriſti.

I. *Non ipſe indigebat circumciſione.*

1. *Quia certè ſciebat ſe eſſe filium Dei altiſsimi, Luc. 1.*

2. *Qui peccatum non habebat: nec dolus erat in ore eius, 1. Pet. 2.*

II. *Sed circumciſus noſtra cauſa: vt legi ſubijceretur.*

1. Teſti-

1. *Teſtificor omni homini circumcidendi ſe, quod debitor eſt, &c. Gal. 5.*

Effectus ſeu vtilitas circumciſi Chriſti

Dum legi ſe ſubiecit, nos à lege liberauit, ne damnemur.

1. *Factus eſt ſub lege, vt eos, qui ſub lege erant, redimeret. Gal. 4.*

2. *Non veni ſoluere, ſed implere legem. Matt. 5.*

3. *Vnius obedientia conſtituuntur multi. Roma. 5*

Locus Communis III. in genere Deliberatiuo.

Et ſi autem corporalis Circumciſio abolita eſt, tamen Chriſtiani debent circumcidere corda ſua ſpirituali circumciſione.

Ab honeſto.

1. *Circumcidite præputium cordis veſtri. Deut. 10.* 16.

2. *Hanc circumciſionem commendat* Paulus *Roma. 2*

3. *Hanc Circumciſionem requirit* Paulus *dicens: Mortificate membra. Coloſſ. 3.*

A neceſſario.

1. *Non pertranſibit per te incircumciſus Iſa. 52.* [illegible]

2. Incir-

2. *Incircumciſi corde cenſentur inter reprobos, Actor. 7.*

Tranſitio ex genere deliberativo, in genus Didaſcalicum ſimplici quæſtione:

Quid.

Circumciſio eſt mortificatio veteris Adami, de qua Coloſſ. 3.

Partes.

I. *Exempli gratia: Circumcidatur lingua: ne blaſphemet: & ne in uanum iuret: ne mentiatur: ne proximo detrahat.*
II. *Cor, ne auaricia laboret: ne ſuperbia turgeat: ne inuidia laboret.*
III. *Oculi: ne impudicè circumſpiciant.*
IIII. *Aures: ne libenter detrectationes audiant.*
V. *Os: ne ingurgitatione peccet.*
VI. *Manus: ne furentur: ne ſint plagoſa.*
VII. *Pedes, ne ad mala properent.*

TRANSITIO ad textum.

Sed conſideremus, quid ſibi velit, quod in tam tenera ætate fuerint pueri (octauo die) circumciſi.

Locus Communis IIII. in genere Didaſ; quæſtione compoſita.

Si rectè circumciſus eſt puer octauo die, etiam rectè in infantia puer baptizatur.

1. Quia baptiſmus ſucceßit in Locum Circumciſionis, Coloſſ: 2.

2. Quia Deus poteſt infantibus dare fidem: Exemplum Ioannis, Lucæ 1.

3. Quia infantes placent Deo: habent ergo fidem, Heb. 11. quam illis preces impetrant.

4. Quia pertinet ad eos Regnum Dei, Mar: 10. Ergo Eccleſiæ per baptiſmum inſerendi.

TRANSITIO ad Locum Communem cognatum.

Cur Deus tanta ſeueritate exigebat Circumciſionem: Gen. 17.

Locus Communis V. in genere Demonſtratiuo.

Ingens peccatum eſt, contemnere Sacramenta, diuinitus inſtituta, vt faciunt Schwenckfeldiani.

Ab inhoneſto.

1. Tales Deum ſtultitiæ arguunt: qui tamen eſt ſapientiſsimus: nos verò ſtulti, 1. Cor. 1.

Noſtrum

8. Noſtrum non eſt Deo præſcribere, per quæ media nos ſaluet: perinde, vt nec æger medico præſcribit.

Ab inutili.

I. Tales contemptores ſuam & aliorum ſalutem negligunt, Lucæ 7.

II. Qui media reijcit, etiam diuina beneficia reijcit.

III. Perinde faciunt, vt ij, qui ſine naui volunt mare aut flumen tranſire.

TRANSITIO ad Textum.

1. Satis dictum de Circumciſione Chriſti:
2. audiamus etiam de ipſius nomine pauca.

Locus Communis VI. in genere Didaſca. quæſtione ſimplici.

Quid vocabulum ſignificet.

Significat Saluatorem.

Cauſa huius nominis.

Quia ſaluat populum ſuum à peccatis ſuis Matth. 1.

Effectus ſeu vtilitas huius nominis.

I. Vt ex eius recordatione conſcientiam noſtram compeſcamus: quia ſcimus à peccatis nos liberatos.

II. 3. Vt in afflictionibus ſtatuamus, Deum nobis propter hunc Ieſum fauere.

Adiacens.

Itaq; honeſta diſciplina eſt, quod genua flectimus, ad nominis Ieſu enunciationem, Philip. 2.

EPILOGVS.

I. Quare circumciſio fuerit inſtituta, 2. Cur Chriſtus circumciſus 3. Quomodo corda noſtra circumcidenda ſint.

II Quod circumciſione rectè concludatur: infantes babtizandos: 2. Et, quod Sacramenta, diuinitus inſtituta, non ſint contemnenda.

III. Quid vocabulum Ieſu ſingnificet: & quæ inde conſolatio petenda.

Honoremus igitur Ieſum ſaluatorem, eumq; cum patre & ſpiritu ſancto, celebremus: ſic fiet, vt in omnem æternitatem laudemus,

AMEN.

CON.